De Confessionali

Mandavit in eo apponi Casus reservatos.

De Tota ecclesia

Possidet bona descripta in Inventario exhibito et allegato in actis p.e 1 fol. 128 Ill.mus D. mandavit reaptari Januas et Tectum in partibus necessariis infra menses sub penis &

= fol. 128

De Libris Parochialibus

Mandavit deferri ad Palatium episcopale, ut valeant recognosci, et subscribi.

De Statu animarum

Tota haec Parochia constat

Focularibus	n.o	39
Animabus Communionis	n.o	100
Non Communicantibus	n.o	39
Animae omnes sunt	n.o	139

De ecclesia S. Ioannis Decollati

Die d.a 10 8bris 1719

Ill.mus et R.mus D. prosequendo sacram Visitationem se contulit ad proximam ecclesiam S. Io. Decollati, ubi erecta est Societas sub eod. S. Titulo, aggregata archiconf.ti S. Io. Decollati de Urbe, et peracta absolutione Defunctorum devenit ut infra.

De Altare Maiori

In die festo S. Titularis decantatur Missa, cum primis et 2is Vesperis per DD. Capitulares qui processionaliter

Deservunt reliquiam eius d. S. Sancti in ecclesia Cathedrali existente. Pariter seq. die celebrat. anniversarium, cum missa solemni, et alijs sectis ordinario officialium pro Confratribus, consororibus, et Benefactoribus. Olim dicebat. missa singulis diebus festis de precepto, que ob diminutos redditus modo non celebrant. sed in eventum quod ipsi augeant. Illustr. D. voluit reassumi recensita sacrificia.

Tenet. insuper societas celebrari facere missas viginti tres annuas pro diversis legatis descriptis in tabella, cuius Illustr. Dominus mandavit tradi copiam ad effectum alligandi in actis prout allegata fuit p. 1 fol. 92. cum statu bonorum

Inspecto altare illud invenit decenter ornatum, solumque iussit depingi scabellum candelabrorum, et instaurari ipsius coronides et provideri de tela cerrata, et sevagula.

De Altare SS. Crucifixi

Asservat. in hoc Altare devotissima Imago Crucifixi, que ex antiquissima consuetudine defert. processionaliter per civitatem fer. 6.a maioris hebdomade

Tenet. societas in eo celebrare facere Missas quinque in festo S. Florentij

Quod Altare mandavit parietem interiorem, in quo custodit. sacrum simulacrum, novo ceruleo colore depingi, reaptari velum, aram ipsam cooperiri tela cerrata, et sevagula, et reaptari Pallium rubricoloris infra mense sub penis

De Altare S. M. Constantinopolitanæ

Celebratur in eo quandoque ex devotione, sed præcipue fer. 3.a post Pentecosten, festo dictæ B. Virginis, habetque quod solevat Missam. Inspecto Altare mandavit avam elevari per quatuor digitos lapide sacro approximari fronti Altaris, et in ea depingi Cruce, provideri de Tabellis pro secretis, et de Tela cerata, et toraguila ut supra infra mense.

De Sacristia seu Oratorio

Mandavit provideri de novo Missali pro bivijs, et renovari Canones in alijs duobus antiquis. et ex parte exteriori à cornu evangelij expurgari muros ecclesiæ et sacristiæ à sordibus ad effectum removendi humiditate, quæ nimium officit dictæ ecclesiæ, et Oratorio, et signanter Altari SS. Crucifixi; nec non reaptari fenestras vitreas infra sex menses sub pœnis.

De tota ecclesia

Reaptari tectum in partibus necessarijs, et fenestras ut supra, et dealbari tota ecclesiam infra mense.

De Hospitali dictæ Societatis

Hospitale situm est propè ecclesiam Sancti Ioannis, et erectum sub Invocatione, et titulo eiusdem Sancti

Adest in eo unicum Altare dicatum S. Vincentio, in quo in quo Societas tenetur celebrari facere missas seqq. nempè Ex legato q. Petri Angeli Pechinoli missam unam singulis infrascriptis diebus festis scilicet

Die SS.mæ Circumcisionis.